



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Eginhartvs De Vita Caroli Magni, Animadversionibvs
Illvstratvs**

**Bessel, Friedrich
Reinhard, Johann Friedrich**

Helmestadii, 1667

Animadversiones Ad Cap. XXXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10996

CAROLI MAGNI ATQUE ORTHODOXI
IMPERATORIS, QVI REGNUM FRANCORVM NO-
BILITER AMPLIAVIT, ET PER ANNOS XLVII.
FELICITER * TENVIT. DECESSIT SEPTVAGE-
NARIUS ANNO DOMINI DCCCXIII. * INDI-
CTIONE VII. V. CALEND. FEBRUARII.

* MS.
rexist,
* MSS.
Flor. &
Reub. In-
dict. V. Kal.
Febr. Peto
peram.

ANIMADVERSIONES AD CAP. XXXI.

Corpus more solenni lotum & curatum.] Jam pridem funerum ritus o-
mnis Onuphrius Panvinius, Jacobus Gütterius, Johannes Meursius, Fran-
cisus Peruccius, & qui primo loco nominandus erat Johannes Kirchmannus,
occuparunt; & in his de ablutione & uncturâ cadaverum, quæ duo, o-
mnibus ferè gentibus in usu fuisse patet. In primitivâ etiam ecclesiâ ritum
hunc à Christianis retentum ex Aethor. IX 37. constare potest. Tertullianus
Apologetico cap. 42. Labor honestâ horâ, & salubri, quæ mihi & colorem & san-
guinem servet. Rigere & pallere post lavacrum mortuus possum.

In hac sepultus eadem quâ defunctus die) In hoc à veteri Romanorum
more dicescere Francorum Proceres. Illi enim cadaver lotum unctumque
septem diebus domi asservabant, visentibus ad luctum quotidiè amicis, si ve-
rasunt, quæ scribit Joh. Rosinus lib. v. Antiqu. Roman. cap. 39. Et vix fieri
potuisse arbitror, ut eodem die sepultus sit Carolus, si is ornatus funeri ad-
hibitus est, quem Monachus Egolism. pag. 282. describit: Corpus ejus, in-
quit, aromatizatum est, & in sede aureâ sedens positum, in curvaturâ sepulcri, en-
se aureo accinctus, evangelium aureum tenens in manibus, & genibus, reclinatis hu-
meris in cathedrâ, & capite honestè erecto, ligata aurea catena ad diadema. Et in
diadematē lignum sancta crucis positum est. Et repleverunt sepulcrum ejus aro-
matibus, pigmentis, & balsamo, & musco & thesauris multis in auro. Vestitum est
corpus ejus vestimentis Imperialibus: pera peregrinalis aurea posita est, quam Ro-
manum portare solitus erat. Sceptrum autem & scutum aureum, quod Leo Papa con-
secraverat, ante eum posita sunt dependentia, & clausum, & sigillatum est sepul-
crum ejus. Sanctis post mortem annumeratus est, & in canonem relatus à
Zacharia Papa præsente Friderico I. Imperatore, Anno 1166. Indict. 14. te-
stibus Wernerio Rolevinkio de laud. Westphalor. lib. 2. cap. 10. p. 103. itemque
Aventin. lib. IV. pag. 221.

CAP.

